

tabat cum suprascripta terra eiusdem domini Mathei, eo quod erat satis utilis et necessaria monasterio memorato, eratque maioris valoris, redditus et proventus, quam suprascripta terra cum apotegis eiusdem monasterii. Propter quod ipse magnus prior... per aliam cartulam permutationis ordine dedit et tradidit ipsi domino Matheo ipsam suprascriptam terram cum apotegis.. et propter hoc ipse dominus Matheus... per hanc cartulam similiter permutationis ordine dedit et tradidit ipsi magno priori... ipsam supradictam terram cum oliveto et arboribus fructiferis... Hoc autem menotandum est cum de consuetudine civitatis Salerni est antiqua et approbata obtenta et prescripta inter cives Salerni et ecclesias seu monasteria scita intra civitatem Salerni et foris, in pertinentiis eius, quod permutationes, venditiones et ceterae alienationes super rebus stabilibus fieri possunt, iuris observantia non obstante, dummodo conditionem suam faciant meliorem.. Que omnia ego Nicolaus Dardanus, publicus Salerni notarius, qui rogatus interfui, scripsi et meo signo signavi.

Ego qui supra Pandulfus iudex

Ego qui supra Jacobus iudex

Ego predictus notarius Jacobus testis sum

Ego predictus notarius Philippus testis sum

Ego predictus notarius Thomasius testis sum.

XVII.

1285, 10 novembre, Napoli.

Gerardo, vescovo di S. Sabina, legato della S. Sede, baiulo del Regno col Conte d'Artois, scrive al vescovo Goberto, tesoriere della R. Curia, che il medico Raimondo gli aveva presentato lettera del defunto re Carlo allo strategoto di Salerno, con cui si concedeva a due suoi figli un assegno di sei grana d'oro, per ciascuno, al giorno, per tutto il tempo in cui avessero frequentato la Scuola di Salerno. Or essendo venuti quei due giovani a studiare a Napoli e avendo il padre chiesto di continuare a godere per i figli l'assegno loro conferito, Gerardo accoglie la supplica e ordina al tesoriere di fare il pagamento, prelevando le somme da qualsiasi danaro della Curia, esclusi solo quelli che

dovevano servire per Carlo, signore, per la principessa e pel capitano di Napoli e i suoi serventi (1).

Archivio di Montevergine, vol. CV. n. V. il doc. del 10 nov. di questo Codice.

Gerardus, miseratione divina Sabinensis episcopus, Apostolice sedis legatus, baiulus regni Sicilie una cum excellenti viro Roberti comite Atrabatense per Sanctam Romanam Ecclesiam constitutus, venerabili in Christo patri G[oberto] Dei gratia episcopo Agrigentino, magne regie curie magistro rationali et thesaurario, dilecto consiliario suo, salutem et onorem sincerum. Discretus vir magister Raimundus, regie curie medicus et familiaris, nobis noviter presentavit quasdam licteras dive memorie Caroli, magno ipsius sigillo pendenti et parlo munitas, quarum tenor de verbo ad verbum per omnia talis est: Carolus, Dei gratia rex Jerusalem, Sicilie, ducatus Apulie ac principatus Capue, alme Urbis senator, princeps Acaie, Andegavie, Provincie, Forcalqueri, et Tornodorii comes, Rodulfo Caraculo, de Neapoli, militi, straticoto Salerni, fideli suo, gratiam et bonam voluntatem. Fidelitati tue ecc. (*V. la lettera al doc. del 17 dic. 1284 di questo Codice*). — Cum, igitur, idem straticotus ab eodem officio sit ammotus, dictique filii magistri Raimundi Neapolim venerint ad studendum, supplicavit nobis idem magister Raimundus ut providere super hoc sibi et eisdem suis filiis benignius dignaremur. Cuius supplicationibus inclinati, paternitati vestre mandamus quatenus, forma dictarum literarum inspecta, predicta sex grana auri ponderis generalis per diem cuilibet filiorum ipsorum dicti magistri Raimundi studencium ubicumque per regnum, de quacumque pecunia curie que est vel erit per manus vestras, a die date presencium in antea solvere et exhibere curetis, mandato aliquo huic contrario per quod presencium execucio impediri valeat vel differiri in aliquo non obstante, nisi eo tantum modo de exhibendis expensis domino Carolo et domine principisse ac gagiis capitaneo Neapolis, stipendiariis et servientibus cum eo morantibus deputatis... Data Neapoli, anno Domini MCCLXXXV die X novembris XIII indictionis.

(1) Notisi che il legato apostolico non chiama *re* Carlo, ch'era prigioniero, nè regina la moglie.